



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Formulare instrumento[rum]

Köln, 28. Januar 1502

De corp[or]e [christ]i

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70749](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70749)

## De indulgentia.

nales sunt sancte Lucie in septem solijs. sancte Marie de aquino. sancti Theodori. sancte Marie apud scholam grecam. sancti Adriani. sancte Marie in uolatis. sancte Marie in porticu. sancti Angeli. sancti Nyeolai in carcere tulliano. sancte Marie in dnica. sancti Eustachij. sancte Lucie in ter imaginis. sancti Uicci in macello. sancte Agathe. sanctorum Sergij et Bachi. sancti Gregorij ad uelum aureum diaconus cardinalis Inter hos episcopi presbyteris et presbyteri diaconis. necnon tam inter episcopos quam presbyteros quam etiam diaconos antiquiores minus antiquos proponuntur in exordio cuiuslibet littere. ut infra. **A.** ostien. n. albanen. n. portuen. episcopi. **Jo.** tunc sancte crucis in hierlm. **A.** tunc sanctorum Barcellini et Petri. **A.** tunc sanctorum quatuor coronatorum. **B.** tunc sanctorum Johis et Pauli. **L.** tunc sancte Anastasie presbyteri. **A.** tunc serena Lucie in septem solijs. **B.** tunc sancte Marie in aquino. **H.** tunc sancti Theodori diaconi miseratone diuina sancte Ro. ecclesie cardinales Uniuersis et singulis presentes litteras inspecturis salute in domino sempiterna si cuncte ecclesie etc. sequatur. phemium ut infra

### ¶ Indulgentiarum exordia

#### ¶ Indulgentia de sancta et indiuidua trinitate

**E**t si cuncte orbis ecclesie sub sanctorum fundate uocabulis sunt pia deuotione fidelium uenerande. illas tamen que in honore et sub uocabulo sancte et indiuidue trinitatis dedicate noscuntur eo ex celebriori memoria uenit uenerari quo ipsa sancta trinitas immediatus et perfectius uocati delictum dirigit et ad gratiam exauditionis admittit

#### ¶ De corpore christi.

**S**ancitissimum corpus domini nostri Iesu christi qui de hoc mundo transiit rus ad patrem ad passionis et mortis sue memoriam carne sua in abum et sanguinem suum in poculum exhibuit populo christiano. Decet christifideles. per deuotionem reminiscere uenerari et panem angelorum celestem quod nos spiritus liter reficit uelut nostre peregrinationis qua redimus ad patriam uincam deuotis mentibus et intemis precibus adorare. Cum itaque etc.

#### ¶ De sancto spiritu

**E**t quilibet loca sanctorum sunt pia etc. tanto sunt uenerabilius honoranda quanto ipse spiritus sanctus gratiam infundit ueteris in cordibus deuotorum. Cupientes etc.

#### ¶ De corpore christi et alijs sanctis

**S**ancitissimi corporis et sanguinis domini nostri Iesu christi eiusque sanctorum martyrum memoriam et in eorum honore dedicatas ecclesias atque loca cuncti christifideles insigniti per illius amore cum quo ipse martyres regnant in celis uenerari debent in terris ut ipsius sacratissime passionis recolentes memoriam et martyrum ipsorum suffulti presidio apud eum quod suis meritis non ualent impetrare sanctorum eorumdem mereant. Cupientes etc.

#### ¶ Pro ecclesia sancte crucis

**A**dmirabile signum sanctissime crucis quod erit in celo cum dominus ad iudicandum uenerit et per quod ipse redemit mundum qui ligno perierat. Necnon discipulorum gesta nos admonet ut in pelago huius mundi